

11

minor inferior dilatatur sursum; major autem inferior,
& minor superior deorsum.

Occlusioni verò ejusce Thyroidis duo saltim (si
& hoc paradoxum ex aliena mente addere licet) *Acan-*
thoides sive *transversales* provisi sunt, oëties etiam dila-
tatoribus fortiores, & crassiores; quòd ultra pro-
prium claudendi actionem communis quaedam insu-
per alia iis, elevandi laryngis in pharyngem, incubi-
tura esset Undè & patet, quòd musculi *Hyothyro-*
idei firmitate sua usq; adeò cedant *sternothyreideis*;
cùm isti præter propriam sibi actionem dilatandæ
thyroidis, communem insuper aliam, detrudendi la-
ryngem in guttur, post factam deglutitionem, obire
deberent. Novem igitur musculorum laryngalium
paria isti sic constituere amant.

Qua simili consideratione membrum hoc satis
puto curiosè arbitrati sumus.

Quatenus verò **BRONCHUS** pars corporis
dissimilans est, & *organica*, variis etiam partibus, car-
tilaginibus, membranis, ac vasibus integratur.

2.
dissimila
res.

*Cartilagine*s nimirum tum *perfectas* quàm *imperfectas*
has admittit.

I.

Has plusculas sanè *Sigmoides*, à picturâ characteris
Graecanici adpellamus: non ut communiter is qui-
dem formatur, sed ut ille lunae instar corniculantis,
in uncialibus præsertim litteris, pingitur; non adeò
quamvis nunc recepta paedotribis, queis nihil pedis-
culosius, & elegantiarum imperitius est, consuetu-
dine.

C

ac antè quidem firmas esse oportebat, contra
injurias quasvis adversaturas: posterius verò imbec-

C 2

cillio.